



Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

12. Tres hominis appetitus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

Mentis luce, bonum proponitur ; appetis illud ,
 Prosequeris toto corde , fruique cupis.
 Lux fidei Triadem solam proponit amandam ,
 Est quod ames summum, quo ve fruare , bonum.

SYMBOLUM 11.

Tres operationes intellectus

simplicium apprehensio , compositio , Discursus.

Est tabulae primum mens nostra simillima rasæ ,
 Nulla rei species , nullus inestque color.
 Mox subit ens simplex ; varijs dēin aucta figuris ,
 Quæ disiuncta unit ; colligit inde sequens.
 Esse Dei simplex puro signatur ab actu ,

Tres quoque Personas actio trina refert.

N. Homo intelligendo fit quasi omnia, ut ait Arist. 3. de An. quia omnium rerum imagines & simulacra in phantasiâ & mente sibi efformat. In quantum quamdam Dei similitudinem repræsentat,

SYMBOLUM 12.

Tres hominis appetitus.

Rationalis , & Duo sensitivi , concupiscibilis , & irascibilis.
 Bonum enim, quod est obiectum appetitus ; vel apprehenditur per intellectum & est appetitus rationalis ; vel per sensum in quantum conveniens , sensuque delectabile , & est concupiscibilis ; vel ut arduum , & licet non sit delectabile secundum sensum , tamen conveniens secundum aliquam commoditatem , & est irascibilis.

Unus est animæ triplex selecta cupido ,
 At ratio sumnum regia c ulmen habet ,

E e

Irave

I rave quâ justâ servescunt pectorabile.

(a) Ardua moliri pro Deitate velit.

Nata cupido animis Triadis flagrabit amore,

Et desiderij sit scopus ille suis.

(a) Socordis est anima dicere; sufficit mihi si salver; si ad cœlum perveniam . Quisque enim
conari debet ut in cœlo sit primus, primusque ibidem referat brayum, quod ardua co-
nabitur & heroiče certansibus dabitur. Ex Chrys.

S Y M B O L U M 13.

Tres in homine spiritus,

Naturalis; vitalis, qui residet in corde quod est fons vitæ, cuius
est mediantibus his spiritibus per totum corpus calorem na-
turalem distribuere; animalis qui residet in cerebro & in-
de diffunditur per totum corpus, necessarius sensationibus &
virtuti progressivæ.

Spiritus ille prior viventis prima facultas;

Alter vivifico semine, corde sedet;
Vis motiva subest, & agendi corpora virtus:

Spiritus ille triplex, unicus alma Trias,
Nam Trias est, nos unde sumus, quâ vivimus, ad quam
Tendimus; a viræ fine, suprema quies.

Quare B. Greg. Nazian. non tam sepe spiritum ducere quam Dei meminisse oportet, inā
si dici hoc potest, aliud nihil quam hoc faciendum. Namrum, quia & respiratio, & vita
ipsa, perpetuum Dei beneficium est.

SYM